

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicitia bu
cum fonte primo

Non sum amicus nisi quicquid agitur
ad te pertinens meum sit. Consortium
omnium rerum inter nos facit amicitia;
nec secundi quicquam singulis, nec
aduersi in commune uiuitur.

Iterum ego tamquam Epicureus loquor?
mihi vero idem expedit quod tibi: aut
non sum amicus, nisi quicquid agitur
ad te pertinens meum est. Consortium
rerum omnium inter nos facit amicitia;
nec secundi quicquam singulis est nec
aduersi; in commune vivitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 48.2 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.124, ll.21-25).

Conuersari cum amicis absentibus licet,
et quidem quotiens uelis, quamdiu uelis.

Conuersari cum amicis absentibus licet,
et quidem quotiens uelis, quamdiu uelis.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 55.9 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.146, ll.27-28).

Amicus animo possidendus est.

Seneca XLVIII. epistola.

Amicus animo possidendus est;
hic autem numquam abest; quemcumque
vult cotidie videt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 55, 11 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.147 ll.9-10).